



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo

Spirens., 1660

7. An examine testium ex parte actoris producentis peracto, admitti
debeat Reus ad probationem objectorum in personam testium? An actori
vicißim horum testium reprobatio ad eorum fidem enervandum ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

ubi agitur de factis, quæ solo iudicio intellectus percipiuntur: veluti si testetur aliquem esse sanæ mentis, esse divitem, esse dominum alicuius rei, habere jus decimandi, &c. quod potius iudicio intellectus, quàm aliquo sensu corporeo percipitur Mascard: *de probat: 1376.* nam in iis etiam non rogatus reddere debet causam scientiæ suæ. Abb: *cap. cum causam. col: 3.* quia de supradictis, nudè asserere, potius iudicare est, quam testificari; quod ad testem non pertinet: similiter ut probatione facta per unum testem deferatur iuramentum suppletorium probationis, oportet quod ille testis etiam non rogatus reddiderit causam dicti sui, aliàs non facit plenam probationem.

7. Examine testium ex parte actoris producentis ita peracto, admitti vicissim debet adversarius, aut reus ad probationem objectorū, id est, eorum, quæ in personis testium objecerit: & si ad hæc objecta probanda aliquos testes produxerit, permittitur etiam vicissim actori hos testes ad fidem eorum enervandam, vel minuendam per alios testes reprobare. *Uterius*

terius verò testium reprobatio permiffa non est, juxta vetus & vulgatum, testes probatorios, & reprobatorios probatoriorum reprobare licere, sed non reprobatorios reprobatoriorum. *cap. dilect. h. t.* ne ita litigatores in viciffitudine probationum & reprobationum in infinitum progrediantur, ac lites protrahant.

8. His ita peractis litigantes in fua præfentia constitutos interrogabit, an plures testes producere velint: & fi dixerint fe velle, audientur. *cap. veniffe: 28. h. t.* admit- tiq; debet fecunda & tertia productio, non autem quarta *cap. in causa 15. h. t.* nisi quartò producere petens juret fe petere non dolo, sed quia eorum, quos nũc pro- ducere intēdit, copiam prius habere non potuerit. *cap. ultra pen. h. t.* quia effrænata multitudo testium à Judice refrænanda est. *cap. significaverunt 36. h. t.* unde etiam multitudo testium 40. numerum super iisdem articulis excedere non potest. *cap. causam. 3. 6. h. t.* Si verò negaverint fe velle plures testes producere, & ulteriori pro- ductioni renunciaverint petentib⁹ utrin- que litigatoribus, vel altero absente, ci-